

**Akta grodzkie i ziemskie z czasów Rzeczypospolitej Polskiej : z archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie w skutek fundacyi śp. Alexandra hr. Stadnickiego. T. 13. [1438-1458]**

**\*877.** Nobil. Chan de Copistno heres obligavit nobili Wlassin *knedz* de Macowo tres kmethones in Kopistno in decem marcis, quos kmethones Chan debet redimere super f. Nativ. Chri. prox. et post f. Nativ. Chri., quando sibi placebit, liberare potest.

5 maja 1438 r.

**\*1900.** Chan de Capistno luit pena iudicio, que dicitur *pyanndzeszcza*. (z. p.)

**\*1907.** Chan de Capistno obligatur nobili Waszconi de Ryboticze tres marcas penam in quatuor septimanis. Si non solveret, extune se subdidit sub vinculum et sub pena *pyanthnadziska* iudicio.

**\*1908.** Maluk cum filio Andrea iudicialiter evasit Chana de Copistno pro vulneribus et pro aliis causis.

28 stycznia 1443 r.

**\*1360.** Iwan ex parte Chayn prorogavit terminum primum simplici infirmitate contra Malonem de Copistno.

7 listopada 1440 r.

**\*3693.** Nobil. Fyenna vendidit porcionem sui patrimonii in Copisno pro quinquaginta marcis nobilibus Ywano, Hriczkoni poponi ibidem de Copistno et iam sibi dederunt XXX marcas et adhuc sibi tenentur XVII marc. ad f. Nativit. Dni. prox. Si non solverent, extune tenebuntur condescendere Fyenne eandem porcionem et triginta marcas debent amittere alias *zadek (sic)*. Et iam ministerialis datus est ad intromittendum.

**\*3696.** Nobil. Ywan et Hriczko de Copistno obligaverunt quinque curias in Capistno in triginta marcis nobilibus Omslao et Balkoni de distr . . . . . czensi.

1 października 1448 r.

**\*3718.** Syenko de Copistno actor primum terminum attemptavit contra nobil. Miclassium et Smolka terminum prorogavit simplici infirmitate ad prox. terminus.

**\*3721.** Nobil. Syenko de Copistno actor contra nobil. Andrassium de Brzecz[*a*]ni primum terminum attemptavit. Et Iohannes nuncius simplici infirmitate prorogavit ad prox. terminos.

8 listopada 1448 r.

**\*3919.** Andreas de Copistno, actor contra Andream Nottariam ter. Premisl., terminum attemptavit et Leo Vicenottarius ipsis prorogavit terminum primum simplici infirmitate.

18 marca 1449 r.

**\*3994.** Andreas de Copysthno, actor contra Andream Nottarium terrestr. Premisl., habent terminum in crastino post ingressum dom. Regis Kazimiri in Premisl.

12 listopada 1449 r. (?)

**\*4177.** Nobil. Phyethko de Hvhelniky tenetur solvere sex marcas minus fertone nobili Syenkoni de Copistno in octava s. Petri et Pauli apostol. Et si non solvet, extune in crastino totidem dampni succumbed. Et si se daret cettare pro eisdem duodecim marcis minus media marca, extune post quamlibet cittacionem tres marcas succumbed.

3 lutego 1450 r.

**\*4733.** Nobil. Andreas de Copisthno vendidit totam porcionem suam patrimonii in Copisthno et illam porcionem, quam aput fratrem emit et hoc nobili Maruszcze glotisse sue una cum nobili Onaczco viro suo et fratre ipsius Andree pro quadraginta marcis et pro media sexta marca.

**\*4734.** Nobil. Maruscha uxor nobilis Onaczko de Copischno vendidit partem suam patrimonii sui, quam habuit in Pacczslaw nobilib. Phedor, Petro et Iwan de ibidem videlicet de Pacczslaw pro sexaginta marcis minis quinque. Et eadem domina recognovit, quia Phedor, Petrus et Iwan sibi solverunt.

13 lipca 1462 r.

**\*4812.** Nobis. Olephir de Teszkouicze tenetur pro capite olim nobilis Syenkonis de Copisthno triginta marcas solvere nobilibus Andree et Onaczko fratribus germanis ad f. Epifanie. Si non solverit, extunc in crastino succumbet alias triginta marcas vadii, in qua summa tam principalis debiti quam vadii debet sibi dare in totam suam porcionem intromissionem et iam ministerialem addidit ad intromittendum in Teszkouicze tenere usque ad exsolutionem sexaginta marc. Si repercusserit intromissionem, ubicunque ipsum cittaverit, ibi parere debet et post quamlibet cittacionem per tres marcas amittere et in primo termino potest ipsum condemnare pro toto lucro. (z. p.) Et prefati patrui eandem pecuniam filie olim Senkonis restituere debent, adveniente etate eius.

11 sierpnia 1462 r.

**\*6434.** Prout Lukyan kmetho de Brilincze nobil. Iwankonem de Copystno ad diem hodiernum citaverat hicque omnia per concordiam sunt sopita taliter, quod Iwan a minis et dampnis omnibus intercedere debet dictum Lukyan illatis et factis seu faciendis ab Olexa tamdiu, quousque rescire debet Iwan Olexam, ubi demoraverit, et ipsum Lukyan adducere ad ipsum locum intrudendum in caucionem fideiussoriam sibi iustificandum. (z. p.)

**\*6435.** Prout citaverat Lukyan de Brilincze kmetho nobil. Iwaskonem de Copistno citacione castrensi ad diem hodiernum, omnes controversie sunt sopite per concordiam ita, quod unus alterum perrogavit et citaciones sunt lacerate super certitudinem maiorem.

13 sierpnia 1466 r.

**\*7106.** Inter nobil. Iosszip de Copisthno actorem et Onaczko de ibidem termini iuxta contenta quatuor citacionum sunt positi in spem concordie ad duas septimanas.

17 listopada 1468 r.

**\*7109.** Termini, qui hodie fieri debuerunt hii, qui inscripti prius erant inter nobil. Iosszip de Copisthno actorem et Onaczkonem de ibidem, de libera parcium voluntate sunt positi ad duas septimanas peremptorie.

31 października 1468 r.

**Akta grodzkie i ziemskie z czasów Rzeczypospolitej Polskiej : z archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie w skutek fundacyi śp. Alexandra hr. Stadnickiego. T. 16.  
[1497]**

**\*2420.** Nobil. Raphael de Ribothicze tanquam pars principalis, Iohannes de Thirawa, Cvssma Copisczensky recognoverunt, quia providum Gross de sua Vola Advocatum ad sexaginta marc. fideiusserunt debentque ipsum in una septimana post Capitanei obdestinationem in castro statuere. In pretensio vadio Raphael in villam suam Grosowa Vola, Iohannes in Thirawam, Cussma in Copisthno intromissionem dare debent.

18 maja 1497 r.

**Akta grodzkie i ziemskie z czasów Rzeczypospolitej Polskiej : z archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie w skutek fundacyi śp. Alexandra hr. Stadnickiego. T. 17.  
[1469-1501]**

**\*89.** Terminum inter nobil. Josszip de Copistno actorem et Onaczko de ibidem ad duas sept. inscripserunt.

30 czerwca 1469 r.

**\*106.** Nobil. Josszip de Capisthno actor terminum attemptavit primum super nobil. Onaczkonem de Copisthno iuxta IIII citations. Nunccius Iacobus familiaris domini Iohannis Ribothiczsky reposuit terminos *jak wyżej*.  
14 lipca 1469 r.

**\*133.** Nobil. losszip de Copisthno actor in secundo termino nobil. Oznaczkonem de Copisthno iuxta quatuor citaciones condempnavit in non paricione. Iudicium memoriale receipt et decreta sunt sibi citaciones et ministerialis ad concitandum.  
31 lipca 1469 r.

**\*365.** Nobil. losszip de Copisthno actor terminum attemptavit super nobil. Oznaczkonem ibidem de Copisthno, qui te concitat pro quadraginta marcis, pro quibus te condempnavit iudicialiter iuxta quatuor citaciones et decretas iudicialiter ipsas XL marc. et post quamlibet citacionem per tres marcas pene te condempnavit. Item te concitat, prout te condempnavit in contumacia iuxta quatuor citaciones ad solvendum ipsas XL marc. cum penis post quamlibet citacionem et eiam contumacie penas solvere aut fideiubere. Datum Premislie feria sexta ipso die b. Sigismundi anno etc. LXX (21. Maja 1470. r.) Iudicium luca et prelucra cum penis decrevit et ministerialis est additus ad primam pignoracionem.

**\*366.** Nobil. Onaczko de Copisthno luit penam trium marcam procuratori nobilis losszip bide de Copisthno et alias penas iuxta citaciones, simul marcas XVI et pro istis duabus marcis debet prevenire aut satisfacere-ád duas sept. Et in XVI marc. sibi Marcissio ipse Onaczko debet intromissionem in duos kmethones Nicolaum et Masch in Copisthno per Iohannem Possoka ministerialem.  
6 maja 1470 r.

**\*392.** Nobil. Onaczko de Copisthno recognovit, quia prout babuit controversias cum nobili losszip de ibidem pro quibuscunque causis, illas inter se mortificaverunt et Onaczko non debet nullis modis ipsum losszip inquietare sub vadio quinquaginta marc. Item Onaczko sibi losszip, si quos agros perarravit econtra ex decreto nobil. Iohannis de Ribothicze cum aliis dominis et bonis hominibus conspeccione restituere debet sub ipso vadio quinquaginta marc.  
28 maja 1470 r.

**\*406.** Nobil. Iohannes heres de Ribothicze in mutuuum recepit decem marc. Apud nobil. et honor. Hriczko Baythkonem de Copisthno, in quibus obligavit sibi Hriczkoni medium campum parvum Dolhe, ubi per medium est fossatum sive perarratum ex ista parte ad Copisthno. Et debet ipsum Baythkonem tueri a nobili Raphaele fratre suo germano.  
18 czerwca 1470 r.

**\*712.** Nobil. Costhko de Copisthno actoris cum nobili Iohanne de Ribothicze terminus datus est parcium de consensu ad quatuor sept.  
20 stycznia 1472 r.

**\*787.** Labor. Andreas tabernator de Cormanicze terminum attemptavit primum super nobil. Mankonem de Copisthno. Nunccius nobil. Marcissius simplici infirmitate ad duas reposuit septim.  
8 czerwca 1472 r.

**\*817.** Labor. Mith Viceadvocatus de Brachowicze terminum attemptavit primum super nobil. Mankonem de Copisthno. Nunccius nobil. Iwaszko ibidem de Copisthno simplici infirmitate ad duas reposuit sept.

**\*819.** Labor. Iacz kmetho de Gwoszdecz libertate nobil. Onaczkonem de Copisthno in contumacia primi termini condempnavit.  
20 lipca 1472 r.

**\*826.** Labor. Mith Viceadvoc. de Bruchowcze actor terminum attemptavit secundum super

nobil. Mankonem de Copisthno. Nunccius nobil. Iwan de ibidem ipsum terminum ad duas reposuit septim.

**\*828.** Labor. Iacz kmetho de libertate Gwoszdecz nobil. Onaczkonem de Copisthno in contumacia secundi termini condempnavit.

3 sierpnia 1472 r.

**\*849.** Nobil. Iohannes de Ribothicze, Nicolaus de Clocowicze, Iwan de Copisthno et Iwasko de Paczslaw fideiusserunt nobil. nobil. Petrum Hosszowsky statuere coram dom. Capto. post ipsius ingressum in duabus sept. sub sexaginta marc. et se submiserunt quilibet in bonis ipsorum sub pignoracionem. (z. p.)

12 października 1472 r.

**\*865.** Terminus nobil. Iohannis de Ribothicze actoris cum nobili Hrisch Pop de Copisthno feria secunda post. F. Epiphaniar. Prox.

19 grudnia 1472 r.

**\*889.** Terminus nobil. Iohannis de Ribothicze et Hrisch pop de Copisthno datus est ad duas sept.

11 stycznia 1473 r.

**\*940.** Nobil. Iohannes de Ribothicze actor terminum attemptavit primum super Hrysch pop de Copisthno. Nunccius nobil. Nicolaus Clocowsky simplici infirmitate ad quatuor septim. reposuit.

5 kwietnia 1473 r.

**\*1057.** Nobil. Fedko de Myelnow fideiussit nobil. Maynkonem generum suum de Copisthno statuere ad expurgandum coram mfo. Iacobo de Conyeczpole Capto. Premisl. In duabus sept. Post eius ingressum in Premisl. Sub intromissione in omnia sua bona.

12 sierpnia 1474 r.

**\*1912.** Provid. Hricz filius Helie sculteti alias *knyasz* de Macowa recognovit, quia ipsam sculteciam alias *knyasthwo* in Makowa vendidit provido Cunrado Craynik de Brilincze pro triginta marc. et iam principales pecunias quatuordecim marcas ipse Hricz recepit; et iterum a die hodierna in uno anno octo marcas Kundradus sibi solvere debet; et iterum in alio anno residuas octo marc. solvet. Et privilegium sub sigillo Regie Maiestatis ipse Hricz sibi Kunrado iam dedit.

Et ipse Pyotr de Oschow cum Kuszma de Copysthno fideiusserunt libertacionem ipsius scultecie et pro Fedor fratre ipsius Hrycz, quod ratam et gratam tenebit vendicionem ipse scultecie.

5 kwietnia 1484 r.

**\*2788.** Nobil. Phyeke (*sic*) heres de Copisthno recognovit, quia tenetur debiti decem marc. nobili Iosko patruo suo, in quibus invadiat sibi tres kmethones bene possessionatos in villa Copisthno videlicet Michno, Vaynko et Thymka, quos tenebit Iosko Copistensky a f. Nativit. Chriprox. Phymka debet hanc inscriptionem iuducere in librum terr. Premisl. Sub vadio decem marc. Memoriale.

14 grudnia 1495 r.

**\*3104.** Nobil. Motrvna alias Monka consors nobil. Procopii de Paczlaw actrix contra nobil. Lewko Kopysczyensky proposuit pro eo, quia tu sibi sicut non exdotate alias *nyevyposzazone* nec exbrigate alias *nyevipraviony* de bonis paternis et maternis, mobilibus et immobilibus ibidem in Kopysthno post nobiles Iossip, patrem heredem de Kopysthno, et matrem vestros, consortem prefati Iossip, patris vestri, non vis dare et exdividere partem eorundem in Kopysthno mobilium et immobilium ad eam, sicut ad sororem tuam germanam post eosdem patrem et matrem vestros descriptos spectantem et pertinentem neque eandem de bonis paternis et maternis prefatis iuxta consuetudinem terr. Exdotare vis alias *possaszycz*, ad quam partem bonorum hereditariorum predictorum ipsa sicut tua soror germana ita propinqua sicut et tu post eosdem patrem et matrem et

tu sibi porcionem ad ipsam spectantem exdividere non vis, que pars ad ipsam pertinens est ita bona sicut triginta marce minus sex gross. et in totidem ipsam damnificasti. Exadverso Fedor Zabloczsky procurator nobilis Kopyszczensky dixit: domine Iudex, non respondebo donec reponet penam trium marcar., quam non luit ante et ius michi adiudicavit. Iudicium decrevit parti cittate respondere penam sex scotorum succumbendo. Que pars cittata dixit: domine Iudex, affecto hanc causam remitti cum pena trium marc. ad iudicium terr., quia ista causa est iuris terr. et non castr. Actor dixit: domine Iudex, non habeo ego hic pro responsione super meam propositionem, quia iudicium decrevit sibi hic respondere penam succumbendo, quam succubuit. Iudicium receipt ad interrogandum ad dom. Captm., si debet hic iudicari vel ad ius terr. remitti. Et habent terminum partes ad prox. terminus post domi. Captei. hic adventum.  
18 marca 1499 r.

**\*3297.** C o t h ½ f i d e i u s s o r e s. Nobil. Hryczko de Bibel, Cusma de Kopistno, Iaczo Paczlawsky, Fyedko Advocatus de Makowa, Arthim *knyasz* de Stharzowa fideiussores nobilis Coth, prout sibi fideiusserunt et se inscripserunt superius in actis, inscribunt se eodem iure vigore eodem inscripcionis statuere Misko Paczlawsky in duabus septim. Si non statuerint, debent succumbere sexaginta marc. et reponere aut intromissionem dare iuxta priorem inscripcionem.  
9 listopada 1500 r.

**\*3318.** Nobiles Hryczko de Bibel, Cusma de Copistno, Iaczo Paczlawsky, Fyedko advocatus de Makowa, Arthim *Knyasz* de Stharzawa, Fiedor de Zabloczczye fideiussores nobilis Coth prout sibi fideiusserunt et se inscripserunt, inscribunt se eodem iure statuere Misko Paczlawsky in duabus septimanis. Si non statuerent, extunc debent succumbere sexaginta marc. et solvere aut intromissionem dare iuxta priorem inscripcionem.  
14 czerwca 1501 r.

**Akta grodzkie i ziemskie z czasów Rzeczypospolitej Polskiej : z archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie w skutek fundacyi śp. Alexandra hr. Stadnickiego. T. 18, [Najdawniejsze zapiski sądu ziemskiego przemyskiego 1469-1506]**

**\*150.** Nobil. Iohannes et Raphael fratres germani et indivisi de Ribothicze recognoverunt se teneri debiti decem marc. Nobili et discreto Hryco *Baythco* de Copisthno, in quibus sibi obligaverunt medium campum parvum Dolhe, ubi per medium est fossatum sive peraratum ex ista parte videlicet ad Copistno et iam intromissionem ad eandem super se ministerialem dederunt. Quam medietatem campi tenebit a f. Nativit. Domi. usque ad plenariam solutionem. Memoriale (z. p.)  
12 lutego 1471r.

**\*312.** Nobil. Iohannes et Raphael heres in Rybothycze recognoverunt, quia parvum campum ipsorum hereditarium dictum Dolhe et Laasz ante Copysthno titulo reempcionis alias *na wyderkawf* ad decursum quatuor pro viginti marcis vendiderunt et intromissionem per ministerialem de iure additum dederunt. Quibus quattuor annis expiratis si et in quantum ipsis Paszek et Cuszma et ipsorum posteris fati Iohannes et Raphael cum eorum posteritate dictas viginti marcas non restituant, extunc predictum campum parvum Dolhe et Laasz prefati Paschek et Cuszma perpetue obtinebunt et poterint vendere dare et obligare, prout ipsis melius videbitur expedire. Memoriale.  
28 kwietnia 1472r.

**\*1290.** Monka Copistensky. Nobil. Monka heres de Copysno uxor Marci de Mysczywa recognovit, quia sibi Iosko et Iwasko heredes de Copysno solverunt tres mercas pro parte ipsius in Copysno et iam pro dicta parte cum suis successoribus debet silentium habere perpetuum. Memoriale.  
14 grudnia 1479r.

**\*1534.** Nobil. Margaretha de Copistno actrix condemnavit nobil. Iosko de eadem Copistno in

pena contumacie in primo termino.  
31 sierpnia 1481r.

**\*1947.** Nobil. Kuszma Copisthenyszsky recognovit, quia post nobil. Maszkam filiam nobil. Petri Zamosczky recepit viginti marcas pol. Vere dotis et sibi Marcze alias viginti marcas dotaliciavit alias *vianuye*; summa autem dotis et dotalicii sunt quadraginta marce quas super medietate sortis sue in villa Kopysthno in distr. Premisl. sita, et super medietate omnium bonorum mobilium et immobilium reformat. Memoriale.  
2 czerwca 1490r.

**\*2092.** Nobil. Marusza filia olim Pasko de Kopiszno recognovit, quia tenetur triginta marcas pol. Nobili Cuszma patruo suo germano in quibus obligat totam suam sortem, que sibi cessit in villa hereditaria Kopisno, modo obligatorio, cum omni iure dominio et proprietate. Et debet ipsum tueri et intercedere a qualibet persona sub damnis terrestribus. In casu quo non solverit predictam summam peccuniarum vel intromissionem denegaverit vel aliquem punctum non teneret, extunc sine aliqua premissa citacione cum ministeriali potens erit possessionem capere et inscriptione sua uti. Memoriale.

**\*2100.** Nobil. Maruscha heres de Copistno recognovit, quia totam sortem sue divisionis matrimonii, quam habet in villa Copystno recognovit patruo suo germano Cusma, et quia sibi satisfaccio est super matrimonium de Copystno, racione cuius satisfaccionis fata Maruscha perpetuum silencium debet habere pro suis maternalibus in Copysno. Super hoc memoriale positum iudicium recepit.  
5 lipca 1491r.

**\*2122.** Nobilis Iezyp heres de Copysthno recognovit, quia divisi suis bonis hereditariis ville Copystno filiom suum legitimum nomine Levko tali modo, quia dedit medietatem omnium exaracionum curialium et medietatem trium kmethorum, Guam medietatem Lewko tenebit modo hereditario sue paternitatis.

**\*2123.** Nobil. Levko filius nobil. Iezyp heredis de Copistno recognovit, quia post nobil. Fyedkam consortem suam legitimam filiam nobil. Zanko heredis de Zabloczcze racione vere dotis decem marcas pol. Levavit, ex adverso sibi inscribit et reformat et dotaliciat alias decem marcas, quarum summa viginti marce, quas reformat super medietate omnium bonorum suorum que sibi pater exdivisit in villa Copistno et super medietate agrorum pratorum curialium, curie, piscine, omnium et singulorum que nunc habet et in posterum habere poterit, quam medietatem dicta Fyedka habebit cum omni iure et dominio. Si autem Lewkonem de hac luce migrare contingerit ipsa Fyedka superstite remanente prefatas medietates tenebit tamdiu, quamdiu in sorte viduali sederit, dum autem ipsam Fyedkam ad secundas nuptias convolare contigerit, extunc repositis et datis sibi viginti marcis, prefata bona ad proximiores revolventur. Memoriale.  
2 sierpnia 1491r.

**\*3697.** Nobilis Anna consors nobil. Zanyko de Kopyszno et Fyethka consors nobil. Andreiko de Minori Nowoszyethlcze sorores germane indivise filie olim nobil. Onaczko Kopysthenyszsky heredis de Kopyszno partes cittate condempnaverunt in evasione nobilem Dorotheam filiam legitimam olim nobil. Szyenko de Kopyszno heredis, consortem provide Barthosy civis de Premislia actorem pro cittacione qua ipsos cittaverat, pro eo, quia vos non vultis exdividere partem ipsius Dorothee sorori vestre patrueli germane in villa Kopyszno ipsam ex patrueli successione concernentem post patrum vestrum et ipsius olim nobil. Onaczko heredem de Kopyszno. Que pars hereditaria in Kopyszno ad ipsam prefatam Dorotheam equaliter spectat sicut ad vos ambas, quam vos tenetis et possidetis ad ipsam pertinentem et spectantem ita bona sicut sexaginta et septem marce et in totidem ipsam dampnificastis vestra non exdivisione. Ideo vos citat pro predicta divisione perpetue dicte parties in villa Kopyszno, ipsam ex patrueli successione cocernentem, que pars est ita bona ut sexaginta et septem marce et totidem dampni. Et ut eandem divisionem in Kopyszno cum ipsa Dorothea faceretis et in librum terrestrem Premisliensem prout moris et iuris est inscribetis. Item pro eo, quia vos

tenendo et possidendo eandem partem divisionis ipsius ex patrueli successione ipsam Dorotheam concernentem in villa Kopyszno accepistis violenter census et proventus ex ipsius parte divisionis a novem annis, quolibet anno ita bonis sicut quinque marce et in totidem ipsam dampnificastis alias ad premissa iudicialiter responsuri. Et iudicium de crevit cedem Dorothee perpetuum silencium habere et super hoc memoriale prefate sorores Anna et Fethka posuerunt, quod iudicium receipt.

**\*3698.** Nobil. Anna consors nobil. Zanyko de Kopyszno et Feythka consors nobil. Andreiko de Minori Nowoszyethlczce sorores germane indivise filie olim nobil. Onaczko Kopysczyensky heredis de Kopyszno partes cittate, condemnauerunt in evasione nobilem Dorotheam filiam olim nobil. Szyenko de Kopyszno heredis, consortem provide Barthossii civis de Premislia actorem pro citacione, qua vos citaverat, pro eo, quia vos tenetis et possidetis partem ipsius hereditariam in villa Kopyszno ex paterna successione ipsam concernentem post patrem ipsius olim nobil. Szyenko heredem de Kopyszno, ad quam partem hereditariam ipsa fata Dorothea est propinquior post fatum patrem suum olim nobil. Szyenko de Kopyszno quam vos. Ideo vos citat pro eadem parte ipsius ipsam ex paterna successione concernentem, quam vos tenetis et possidetis ab ipsa fata Dorothea alienando et ipsam appropriando, est ita bona sicut ducente marce, qua vestra violenti possessione fate parties ipsam in totidem dampnificastis. Item pro eo, quia vos tenendo et possidendo eandem partem accepistis census et proventus, labores a novem annis, quolibet anno ita bonis sicut quindecim marce et in totidem ipsam dampnificastis ad premissa iudicialiter responsuri. Et iudicium decrevit eidem Dorothee perpetuum silencium habere, et super hec memoriale prefate sorores Anna et Fethka quod iudicium receipt.

2 kwietnia 1493r.

**\*2481.** Nobil. Andreas heres de Nowoszyedlczce cum uxore sua nomine Fyethka, filia olim nobilis Onaczkonis heredis de Copyszthno recognovit, quia tenetur quinque marcas nobili Zanyko heredi de Zabloczce in quibus obligant unam aream in villa Copysthno, in qua resident duo kmethones Choma et Iwasko ad festum Nativit. Christi venturum. Quam aream una cum kmethonibus predictus Zanyko tenebit modo obligatorio, ab anno ad annum usque ad exemptionem plenariam. Debent ipsum tueri et intercedere. Memoriale.

7 stycznia 1495r.

**\*2716.** Nobil. Monyka filia olim Ieszko heredis de Kopisthno recognovit, quia sibi nobil. Lewko frater ipsius germanus heres de Kopysthno de omnibus bonis paternis et maternis et aliis propinquitatibus satisfecit. Memoriale.

3 lipca 1499r.

**\*2847.** Nobil. Femka heres de . . . . consors nobilis Ianko cum consensu mariti recognovit, quia totam sortem paternalem quam habuit in Kopysthno nobili Lewko heredi de Kopysthno fratri sui patrueli pro viginti tribus marc. Vendidit. Memoriale.

10 marca 1500r.

**\*3014.** Nobil. Cusma Copistenysky recognovit quia tenetur debiti quatuor flor. in medientibus nobili Fyedor Zabloczky, quos obligat se solvere in quatuor septim. si non solverit extunc debet sibi dare intromissionem in kmethonem in villa sua Kopyszno dictum Mychno, quem ipse Fyedor habebit modo obligat. usque ad plenariam exemptionem. Memoriale.

5 kwietnia 1502r.

**\*4072.** Nobil. Cusma Copysthensky recognovit se recepisse dotis triginta marcas post nobil. Fyethkam filiam nobil. Ivasko Bolyczky de distr. Zvdaviczienzi, sibi que alias triginta marc. dotaliciat, quasquidem sexaginta marcas dotis et dotalicii sibi Fyethcze super medietate ville sue Copysthno inscribit iuxta ritum et consuetudinem aliorum dotum et dotaliorum. Memoriale.

4 maja 1502r.

**\*3390.** Nobil. Kunasch Zabloczky condemnavit nobil. Steczko, Vasko, Marthysz heredes de

sorte maternali in Copyszna in sec. termino in pena contumacie. *Następuje luka nieznaczących rozmiarów.*

4 marca 1505r.

**\*4358.** Nobil. Steczko recognovit quia tenetur debiti quatuor manarc. Nobili Kuszmya Copiszthensky in quibus sibi obligat kmethonem sortis sue in villa Kopyszna a nomine Wanyko modo obligat. Usque ad plenariam solutionem. Memoriale.

4 marca 1505r.

**Akta grodzkie i ziemskie z czasów Rzeczypospolitej Polskiej : z archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie w skutek fundacji śp. Alexandra hr. Stadnickiego. T. 19, [Najdawniejsze zapiski sądu ziemskiego przeworskiego 1458-1506]**

**\*3077.** Coram quo Succamerario facta prius solenni proclamacione per ministeriatem iam fundatam esse iurisdictionem, ipsi gsi. Martinus, Andrea, Stanislaus, Auctusnet Iohannes alloquebantur iudicialiter in et contra Copysthenskye heredes ville Copystno et contra unumquemque seorsum iuxta innotescencias et ostendentes scopulos de terra inter hereditates ipsas existens verificando eciam eos scopulos literis regalibus, a quibus scopulis processerunt rivulo Makowka usque ad summitatem montis Dolhe et tandem a summitate alias *przyslopem* ducebant officium ipsi Kormanyczscy usque ad rivulum Brzoska, quem pertranscundo duxerunt officium via prope Kopyszno usque ad montem Vyelka hora, descendendo de monte eadem via recte incipiendo a predictis scopulis per loca nominate usque ad parietem ville regalis Czysova, sed in summitate montis Zaryvyecz et tandem ad fluvium procedendo versus parietem ville Czysszowa famatus Hryczko scultetus hereditarius in Brylyncze alias *Kraynik* villarum regalium nomine mfc. Petri Kmytha comitis in Vyschycze Palatini et Capit. Cracou. Premisliensis etc. Capitanei retinuit alias *zahamowal* Succamerarium asserens iam esse terram maiestatis regie ad villam Czysszova pertinentem. Reproduxerunt eciam Kormanyczscy literas serenissimi Ladislai confirmatorias litterarum Kazimiri Regis, quibus docuerunt ipsorum antecessoribus datum esse fluvium Vyar cum omnibus defluenciis incipiendo a villa Uhelnyky usque ad originem fluvii Vyar. Pecierunt Succamerarium ut visis signis metalibus nec non similitudinibus, hoc est rivulo quo progrediebatur usque ad summitatem et eciam summitates moncium, iuxta consuetudinem bona ab invicem distingvant, attento eo, quod ipsi Kormanyczscy citaverunt, sunt actors tam in iure terrestri quam coram officio Succamerarii, et si sufficiencia documenta litteratoria et ostensiones scopulorum et possibilitatum ac rivuli pro se domino Camerario ostenderunt, tamen virtute iuris communis et iuxta statutum Regis Ladislai sunt propiores ab obtinendum actoratum, velit dnus. Succamerarius decreto suo mediante illis adiudicare et ipsi sunt parati prestare iuramentum cum testibus iuxta iuris formam. Ex adverso Kopystenszscy unusquisque eorum seorsum protestati sunt, quod ipsi nolunt admittere erectionem scopulorum, ex quo non sunt aliqui eorum coheredes citati et tandem duxerunt Succamerarium a latere montis Vyelka hora versus plagam meridionalem et fluvium Vyar ad montem dictum Uholyno, a quo versus orientem duxerunt Succamerarium per montes et rivulos per transversum, requisiti tamen per dominum Succamer, quibus locis pretenderent se habere fundum suum, dicebant illis prope locum Grodzysko habere usum continuum ac tamen velle nunc habere usque ad fluvium Vyar. Prefati vero Kormanyczscy dixerunt: domine Succamerarie, nos ostendimus sufficiencia documenta et possibilitates, rectificando prefata omnia ab una pariete ville regie Makova ad alium parietem ville regie Czysova, sed ipsi Kopyszczenszcy nullam possibilitatem ostendunt sed vadunt per transversum moncium et fluviorum hic et inde nihilque autentici documenti pro obtinendo actoratu coram iudicio inducunt et idcirco petimus adiudicare nobis actoratum, nam allegata nostra statutes regni videlicet Kazimiri Magni: de alveo hereditatis distinguendo, Ladislai: de ostensione ad minus trium scopulorum, et ibidem: ubique utaque pars non habuit aliqua documenta, quod actor debet admitti ad probandum; sed nos et documenta habemus et ostendimus et sumus actors, idcirco petimus nobis decerni actoratum. Kopystenszscy uti prius protestati sunt, quod non sunt omnes coheredes citati, ac tamen reproduxerant litteras regales Ladislai ideomate rutheno scriptas, donacionem aree in Copysthno continens. Ad hoc quod non sunt omnes coheredes citati responderunt



Kormanycczcy, quod ista exception locum non habet, quia debuerunt id allegare in iure terrestri et non hic in iudicio vestro. Succamerarius auditis propositiōibus et responses receipt sibi hanc causam ad deliberandum, pro feria secunda post Conductus Pasche habebunt partes terminum. 13 listopada 1542r.

**\*3078.** Coram quo Succamerario et eius officio facta prius solemnī proclamacione per ministeriatem terr. gsi. Martinus, Andreas, Stanislaus, Auctus et Ioannes Kormanycczcy actores alloquebuntur contra prefatos Kopistenskye affectantes Succamerarium ut deliberacionem ex controversia parcium iuxta conservacionem termini expediret, hoc est ut ipsis Kormanycczkim uti actoribus auctoratum decerneret super duccionem granicierum inter Rybothycze et Posada ex una et Kopistno sortem ipsorum Kopistenskych et Kormanycczkich eciam sortem ex altera partibus. Ex adverso Kopistenszcy allegabant prout et prius, quo per Ipsos Kormanycczkye non omnes coheredes bonorum ville Kopysthno sunt ad iudicium terr. Prem. Pro eisdem limitibus [cittati] nec ob tinuisse remissionem a ipso iudicio terr. Ad dominum Succamerarium cum aliis coheredibus eorundem bonorum, videlicet cum nblus. Ihnat, Hrycz et Mysko Tvrzanskye. Tandem veniens nblis Hryczko Paczlawsky tanquam nuncios possessionatus a nbli. Hrycz Kopystensky adcitato reposuit terminum ipsum limitationis vera infirmitate affectavitque sibi conservari terminum in quatuor septimanis. Post quam repositionem termini vera infirmitate ab ipso Kosth. Succamerarius requisivit ipsos Kopystenskych an magis haberent documentorum, quibus docerent et probarent eorundem plures esse coheredes in ipsis bonis Kopisthno et an aliquid ipsi Thurzanscy haberent hereditatis in eisdem bonis, qui ipsi nullo documento probant se esse coheredes dumtaxat nudis verbis et quondam inscriptionem terr. ostenderunt, in qua continetur, quod sors Zabloycze matri ipsorum est inscripta, non tamen ville Kopystno prout allegabant. Ex his causis affectabant Succamerarium, ut ipsis supersederet a determinacione ipsorum limitum ac expedicione deliberacionis et ut Kormaniczkim super duccionem limitum auctoratum non decerneret. Kormanycczcy ita ut prius affectabant Succamer. Ut visis satis lucidis probacionibus et deduccionibus eorundem super actoratu eis decernendo, eisdem ipsum auctoratum decerneret. Succamerarius visis remissionibus iudicii terr. Prem. Ad officium suum cittacionibusque seu adcittacionibus ipsorum Kormanycczkych actorum ad campum et privilegiis litterisque per Kormanycczkye reproductis similitudinibusque quas ostende bant inherendoque statuto Kazimiri, quod ubi utraque pars scopulos signaque metalia dislimitationis aliquorum bonorum non ostenderit, extunc actori debet adiudicari auctoratus huic videlicet, qui ad ius terrestre cittaverit, ipsis Kormanycczkym uti actoribus auctoratum ipsum graniciale decrevit contra Kopystynsky praeter prefatum Kost, a quo repositus est terminus vera infirmitate et eidem ad ulterius procedendum in quatuor septimanis conservatus. Quod vero attinet Turzanskye, qui allegabant se habere sortem in eisdem bonis Kopystno et non esse adcittatos, Succamerarius eosdem remittit ad forum et iudicium competens, si aliquid senserint se preiudicii aut iniurie ab ipsis Kormanycczkye habere, non ipsiusque interesse iudicio de proprietatibus bonorum hereditariorum aut aliorum quorumvis discernere, dumtaxat de limitibus et actoratu limitum, sed iudicii terrestres. Post eius decreti probacionem Kormanycczcy affectaverunt Succamerarium, ut eos sequeretur scopulosque et signa granicialia faceret. Succamerarius annuens affectacioni, in primis iuxta duccionem corundum incipiendo a tribus scopulis acialibus inter bona regalia villam Makowa, oppidum Rybotycze ac Kopystno, ac codemque scopulo aciali, qui designabatur pertinere hereditati ville Kopistno, non longe factus est scopulus unus in parte sinistra rivuli Makowska, facta prius proclamacione per ministerialem. Eundem rivulum pertranseundo in parted extra erectus est scopulus secundus et recto eundo penes Makowka, ipsum in sinistra relinquendo parte, protensive per campum facti sunt scopuli octo ipsa bona dislimitantes usque prope rivulum Broska, a quo octavo scopulo declinatum est recte in parte sinistra eundo inferius a latere rivuli Brzoska, eundem in dextra parte relinquendo, facti sunt scopuli sex et tandem ulterius declinando rivulum Brzoska pertranseundo facti sunt scopuli quinque usque ad rivulum Tatarynow, quo transgresso facti sunt scopuli penes alium rivulum currentem, ipsum in sinistra relinquendo parte usque ad summitatem eiusdem rivuli et usque ad silvam sub monte Grodzysko illicque signa in arboribus sunt incissa et scopuli facti septem usque ad rivulum Grodzysko et ab eodem recte sursum penes montem Grodzysko, eundem in dextra parte relinquendo, facti sunt scopuli quatuor et signa in arboribus usque ad rivulum Czyeczyorka ad locum lapidosum alias w

*debrzy*, ubi alius rivulus eciam Czyeczyorka dictus in eundem incidit, quo alio rivulo recte eundo facta sunt signa ex utraque parte scopulique erecti sunt usque ad summitatem montis quatuor prope rivulum Zorawnyk et ad eundem rivulum de monte declinando, ubi Kormanyzczy seu potius ipse dominus Succamerarius retentus est alias *zachamowan* per quondam providum Alexandrum Knyasz de Czyszowa nomine mfei. Petri Kmyta Pallatini et Capitanei Crac. Nec non Premisliensis scu ex mandato officii castr. Premisl. Allegans hanc terram pertinere ad bona et villam Czynssowa regalem. Kormanyzczy affectabant Succamerarium, ut non attenta huiusmodi retencione non iuridica ulterius ad dislimitacionem ipsorum bonorum iuxta duccionem eorundem Kormanyzczych procederet usque ad parietem ville regalis Czynsowa, protestatique sunt iudicialiter ipsi Kormanyzczy, quod officium Castr. Premisl. Mandavit iudicium dni. Succamerarii retinere in terra fundo et hereditate ipsorum Kormanyzczych et non In terra regali, interrumpendo determinacionem ipsarum granicierum. Succamerarius ab eodem loco et scopulo retencionis ex parte bonorum regalium ville Czynsowa procedure ulterius et continuare noluit sed in eadem retencione stetit firme et decrevit, ut Kormanyzczy prestarent corporale iuramentum cum sex testibus eisdem in genere similibus in ipso scopulo, circa quem facta est detencio, super vera et iusta duccone ipsarum granicierum, ab ipso scopulo aciali inter bona regalia villam Makowa ex una et villam Kopystno parte ex altera usque ad hunc scopulum ubi facta est retencio et ut testes nobiles possessionatos ad praestandum ipsum iuramentum coram eodem Succamerario nominaret. Kormanyzczy iuramentum, ex quo limites prefate nondum sunt inter ipsas hereditates propter detencionem ipsius Knyasz modo iuridico determinate prestare noluerunt, dumtaxat in finali et aciali scopulo et in determinacione limitum affectaveruntque Succamerarium se non compelli ad prestandum iuramentum dumtaxat in finali et aciali scopulo iurare cum testibus voluerunt. Succamerarius eosdem limites et scopulos et signa cruces ad detencionem usque aciali scopulo et a pariete ville Makowa tendendo factis perpetuum robor firmitatis obtinere ac pro vero et iusto limite decernere noluit, dumtaxat post prestitutionem iuramenti Kormanyzczych cum testibus. Kormanyzczy precavendo indemnitati sue, ne exinde et in defectu aprobacionis per decretum Succamerarii eorundem scopulorum perpetue robor firmitatis obtentorum aliquid damni eosdem subsequatur, nominaverunt sex testes, qui cum eisdem iuramentum prestare debuerunt: Stanislaum Fridro de Mlodovycze, Nicolaum Grohowsky de Grohowcze, Florianum Nychowsky de Vhelnyky, Stanislaum Dvnykowsky de Dvnykovycze, Benedictum Luczyczky de Luczycze, Ioannem Tarnawsky de Myslatycze. Et tandem soli iuxta decretum dni. Succamerarii iuramentum prestiterunt in ipso scopulo, et affectaverunt dnum. Succamerarium, ut decerneret ipsos limites usque ad locum detencionis perpetuum robor firmitatis obtinere et Succamerarius hoc decrevit. Quantum in loco, in quo facta est detencio usque ad parietem ville regalis Czynsowa, ipsi Kormanyzczy affectaverunt eisdem per Succamerarium conservari terminum cum Kopystynskye ad determinacionem ipsorum limitum inter bona superius expressa, postquam illi iure aut alio medio experientur cum mfc. Pallatino Crac. et postquam detencio in officio sue magnificencie castrensi Premisl. Facta obtinetur. Itaque Succamerarius ipsis Kormanyzczy cum Kopystenskie occasione determinacionis ipsorum limitum inter bona prefata terminum conservavit, postquam ipsa detencio per mfcum. Pallatinum Crac. sibi omisa fuerit in robore, ut videlicet Kopystensky iure mediante ad determinacionem eorundem limitum cum Kormanyzczy usque ad parietem ville regalis Czynsowa precedent et hoc iuxta presens decretum actoratus ipsis Kormanyzczy, ut ipsi eosdem limites suos terminarent a scopulo prope fluvium Zorawnyk, in quo facta est retencio, usque ad metam ville regalis Czyszowa.

21 maja 1543r.